

# VALENTINI FORSTERI

IVRISCONSULTI

CLARISSIMI,

DE

HAEREDITATIBVS QVAE AB INTESTATO  
DEFERVNTVR, LIBRI NOVM.

IN QVIBVS EA QVAE AD SVCCESIONVM AB  
INTESTATO MATERIAM PERTINENT,  
PIENE TRACTANTVR.

*Adiecta sunt Summaria, Indicesq̄, tam Argumentorum seu Capitum,  
quàm Rerum & verborum, locupletissimi.*

Scorsum excusi,

De Historia Iuris Ciuilis Romani, eiusdem  
Authoris, Libri tres,



*Hic expurgado de oron  
de el 1.º de mayo conformal  
expurgatorio de 1640.  
M.º de S.º de S.º*




COLONIAE AGRIPPINAE,

Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote.

Anno M. D. XCIII.

*Cum Gratia ac Priuilegio Cæs. Mascit. ad sexennium.*

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

  
**ILLVSTRISSIMO PRIN-**  
**CIPi AC DOMINO, DOMINO FRI-**  
**DERICO VVILHELMO, DVCI SAXONIAE, TV-**  
*tori & Administratori Electoratus Saxonie, Marchioni Mis-*  
*nie, Landgrauio Thuringia, &c. Domino*  
*suo clementissimo.*

**S**OCIETA Shumana parentum libero-  
rumq; mutua charitate pietateq; inchoa-  
ta, nouis deinde posteriorum coniugijs di-  
latata & amplificata, familijs distingui ce-  
pit. Vnde familiae gubernatio prima est,  
quæ in Imperio paterno, in re vxoria, in  
dominatu consistit. Hinc paterfamilias, materfamilias,  
filiusfamilias, dominus, seruus. Pater quidem vxori præ-  
est & liberis, sed diuerso Imperij genere, vxori potestate  
ciuili, liberis regio iure, seruis dominatu. Proinde multi-  
tudine & numero hominum, indies familijs auctis, & ne-  
cessitate se disiungentibus ac segregantibus, alijsq; alia lo-  
ca ad habitandum quarendumq; victum occupantibus,  
vicinitas quædam orta est: ex qua deinde conuenticula  
hominum & quasi cõcilia agi ceperunt. Nam hominum  
genus etiam si mutuo non indigeret auxilio, coniunctio-  
nistamen cupiditate & communis vtilitatis causâ, natu-  
rà instigante ad cætas societatesq; fertur, ac ducitur. Hinc  
ciuilis societas constituta, quæ à familiari distat. Nam o-  
mnis familia vni paret, & solius patrisfamilias pruden-  
tiâ regitur; Ciuilis autem, liberis hominibus & çquali iu-  
re viuentibus, & magistratibus cõtinetur. Ex hac iterum  
ciuili societate Respublica prodierunt. Quarum regen-  
darum & administrandarum rationem in principatu a-  
liquo cõsistere necesse est, siue hunc vel vnus aliquis, vel  
pauci, vel certe multi teneant. Hos quidem omnes siue  
vnus aut pauci aut multi præsumt, si omnia ad publicam  
vtilitatem referunt, obliuiscuntur commodorum suorum, rectè  
regere, rectasq; Respublicas esse, omniũ iudicio affirma-

# VALENTINI FORSTERI

## IVRECONSULTI, DE SVCCESIONIBVS

QVAE AB INTESTATO IVRE CIVILI

DEFERVNTVR, LIBER PRIMVS.

### CAPVT PRIMVM.

Verbum, succedere, est polysemon.

#### S Y M M A R I A.

- 1 Verbi, succedere, variae significationes, p. 7.
- 2 Succedere, quomodoque ad rem, refertur, quandoque ad personam, p. 9. C. 5.
- 3 Succedere, in materia hereditatis quomodo dicitur.
- 4 Succedere, aetas.
- 5 Iterum successio iure ad acquisitionem refertur.



Verbum, SVCCEDERE, multifariam ꝑ accipi-  
tur. Interdum prosperi:  
quandoque etiam mi-  
nus felicem eventum si-  
gnificat. Sic, omnia ex  
sententia succedere di-  
cuntur. Ita Cicero ad Q.  
fratrem. Si ex sententia

successerit, bene erit opera posita. Idem ad  
Brutum: Nos te nunquam exercitum specta-  
mus, sine quo, ut reliqua succedant, vix satis  
liberi videmur fore. Et de Oratore li. 1. Si qua  
do minus succedet, magnum tamen periculum  
non adhibet.

Hinc SVCCESSVS. Onid.

*causa successibus voco,*

*Quisquis ab eventu facta vocanda potest.*

Inde etiam SVCCESSA: Cicero ad Tyro-  
nem: Nam cum omnia, mea causa, velles mi-  
hi SVCCESSA, tum etiam tua.

Interdum, succedere est in locum alterius  
rei venire, vel subducta priori re, locum hu-  
ius ingredi, & explere: quod Graeci vocant  
*επιερχομαι*. Qua significatione ad omnes res ac-  
commodatur. Sic Cicero: Nihil semper flo-  
ret, aetas succedit aetati. Item, dolor voluptati  
succedit. Et iterum: In omni re doloris a mo-  
tio, successionem efficit voluptatis. Qua sig-  
nificatione, Graeci quoque vtuntur: *επιερχομαι*  
*παιδία πατέρα υγιονομιαν*, liberos succedere mul-  
tis morbis parentum, ac Plinius Iunior lib. 1.  
epist. 12, ad Caesarium Tyronem. Nam ple-  
runque morbi quoque per successiones, qual-  
dam, ut alia traduntur. Et Plutarchus: *επιερχομαι*  
*μολι, εὐρησθησαν εὐδαιμονία*. Bello pax succedit.

Aliquando, succedere, ad ꝑ personas so-  
lummodo refertur. Est autem successio perso-  
narum, cum, priore persona remota & subdu-  
cta, in locum eius alia interrogatur. De hac suc-  
cessionem personarum, apud nostros feruntur:  
Proconsulem omnia debere agere, usque ad  
aduentum successoris, & in aduentum succes-  
soris debere ius dicere. Ita Vlpianus l. memi-

nisse 10. in princip. ff. de offic. procons. Et Ca-  
lus: Quod principi relictum est, qui antequam  
dies legati cedat, ab hominibus creptus est, ex  
constitutione diui Antonini, successoris eius  
debetur. l. 56. ff. de legat. lib. 2. Et Paulus: Iudi-  
ces a praeside dati, solent etiam in tempus suc-  
cessorum eius durare, & cogi pronunciare. l.  
venditor. 49. in fine. ff. de iudicis. Et Plinius:  
Vicarius meae diligentiae succedit is, qui me  
absente in locum meum substituitur.

In successionem autem hereditatis, vel bo-  
norum possessionis, succedere dicitur, ꝑ cum  
is, qui inferiorem & remotiorem tenet, in vi-  
ciniorem & superiorem locum ascendit. Ita  
Triphonius, de suo haerede subducto de po-  
testate, vltior, inquit, successit in proximum  
locum, l. filius a patre. 28. §. filius familias, ff.  
de liberis & posthumis. Et Scaevola: Si quis ex  
suis haeredibus, suus esse desierit, liberi eius, &  
caeteri, in locum suorum, sui haeredes succe-  
dunt. l. Gallus. 29. §. videndum. num. ff. de libe-  
ris & posthumis. Et Caius: Posthumorum lo-  
co sunt & hi, qui in sui haereditate loco, quasi ad-  
gnascendo, sunt pariter sui haeredes. Et iterum  
ibidem: Sed si filius meus me viuo moriatur,  
aut qualibet alia ratione exeat de potestate  
mea: incipit nepos, neptisve in eius loco suc-  
cedere, & eo modo, iura suorum haeredum,  
quasi adgnatione nanciscuntur. l. 13. in prin-  
cip. ff. de iniusto rupto & irritato testamento.  
Et Vlpianus. Sed si quis non desijt esse in po-  
testate, sed nunquam cepit: ut puta, si filius  
meus, viuo patre meo, ab hostibus captus est,  
mox ibi me patre familias facto, decesserit, ne-  
potes in eius locum succedent, non minus au-  
tem neptes, quam nepotes succedent in lo-  
cum parentum. l. 1. §. sed si quis. ff. de suis & le-  
git. haered. & iterum Vlpianus: sed an ipse sibi  
succedat ea hac successoria parte. l. 1. §. sed si vi-  
dendum. ff. de success. edicto. Et iterum Vlpianus,  
de nepote: Ambo in suorum loco successerunt.  
l. 1. §. liberos. ff. de coniung. cum emancipato  
liberis. Et Celsus: Si nepotes in locum filij suc-  
cesserunt: vna portio his conferri debet, l. 7.  
de collatione bonorum. Et Paulus: Qui in ius  
dominium ve alterius succedit, iure eius vti  
debet, loqui in ius. 137. ff. de reg. iur.

Quandoque successio ad res pertinet, ꝑ cum  
quis respectu personae, in re aliqua succedit.  
Sic Paulus de iure pignoris: etiam si ita con-  
tractum sit, ut antecedens dimitteretur, non  
aliter in ius pignoris succeder, nisi conue-  
rit, ut sibi eadem res esset obligata, l. 1. ff. quae



VALENTINI  
FORSTERI  
IVRISCONSULTI

CLARISSIMI,

DE

HISTORIA IVRIS CIVILIS ROMANI.

LIBRI TRES.

*Authent. Summa &  
per V. S. S. exp. postm. S.  
conformacion el expurgatorio  
de 1620. p. comission del Sr.  
off.*

In quibus traditur ortus Romani Imperij: subiiciuntur mutationes insignes magistratum in Republ. Rom. & causæ: initia & progressus Iuris Ciuilis: necnon secundum seriem annorum Catalogus legum, tam ad publicum, quam priuatum statum pertinentium: denique Vitæ veterum Iureconsultorum, à Papyrio inde vsque ad Iustinianum: item recentiorum Iureconsultorum, qui à restituta per Lotharium Saxonem Iuris professione, celebritatem scribendo, consulendo & docendo, ad ætatem nostram consequuti sunt.

*Adiecta sunt Summaria. & Index Rerum, verborumq;  
locupletissimus.*



COLONIÆ AGRIPPINÆ,  
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote.

Anno M. D. XCIII.

*Cum Gratia ac Priuilegio Cæs. Maiest. ad sexennium.*

# AMPLISSIMO SAPIENTIS

SIMOQVE ORDINI SENATORIO REIPVB.

NORINBERGENSIS,

S. D.

VALENTINVS FORSTERVS

IVRISCONSVLTVS.



ROMANA & postrema mundi Monarchia, cæteris potentior, ac maiore legum sapientia firmata & munita fuit: vt in hac vltima, & viribus omnibus attrita mundi senecta, quæ diabolorum timentium, instans iudicium Dei, furoris & insidijs exposita maximè ac prompta est, qualescunque Ecclesiæ domicilium pararet. Sola enim legum sapiëntia, ac iustitiæ studium, tam amplum, tam magnificum, ac in toto penè orbe diffusum imperium, confociatis hac ratione & colligatis hominibus, constituit. Huius vero iuris Romani varia fuerunt initia, varij progressus. Prima in Vrbe administratio, regia fuit. Hoc tempore plurimæ leges a regibus latæ sunt, prisca quidem illis temporibus accommodæ, à nostris verò alienæ quippe quæ circa sacra ipsorum peragēda, magistratus constituendos, patriam potestatem confirmandam, & alias ex orientis Reipub. necessarias res, versabantur. Eiecto regno nomine, duo statim Consules creati sunt: his omnia iura, omnia insignia regum data: legesque regum in contemptum abiēre. Iuris igitur statuendi potestas in Senatum translata est: solus populus de capite ciuis Romani iudicium sibi retinuit, lenem coercionem Senatui reliquit. Ab eo itaque tempore ad Alexandrum Imperatorem vsque, Senatusconsultis multum tribuicceptum est. Non enim tantum Senatus de iis quæ pertinebant ad Reipub. maiestatem amplitudinemque, decernebat: verum auctoritatem suam, si priuatorum res postularent, interponebat. Sic Senatus decreuit, vt mulier quæ se alieno seruo iungeret, eum omnibus bonis suis seruo domini addiceret: & de collusionem detegenda, ne quorundam dominorum erga seruos nimia indulgentia, amplissimum ordinem inquinaret, eò quod paterentur seruos suos ad ingenuitatem proclamare: vt si quis probasset per collusionem quidquam factum, fieret eius seruus qui detexisset. Et de nuptijs sexagenarij, vt maior sexagenario, si minorem quinquagenaria duxisset, perinde habeatur ac si minor sexaginta annorum duxisset vxorem: impar matrimonium esset, neque proficeret ad capiendas hæreditates, legata, dotes. Sic quoque Senatusconsultum factum est de quaestibus familiae, vt de seruis eius qui domi suæ necatus erit, qui quidem sub eodem tecto fuerint, neque opem e tulerint, nisi qui impuberes fuerint, quaestio inlittatur, & conuicti summo supplicio adficiantur: qui verò non sub eodem tecto, sed in eadem regione fuerint, non aliter puniantur quam si conscij fuerint. Sic Senatusconsulto vetitum est, ne filios familias mutuo decur pecunia. Si datur, ne scænarioribus exigēdi crediti ius vnquam sit, ne post patris quidem mortem. Sic multa alia de hæreditatibus, de adoptionibus, alijsque priuatorum negotijs extant Senatusconsulta.

Deinde, quia Publicola lex Consulatum sententias irritas faciebat, nō populi

# VALENTINI FORSTERI

IVRECONSULTI PRAECLARISS.

DE HISTORIA IVRIS CIVILIS ROMANI,

LIBER PRIMVS.

## CAPVT I.

### De causis mutationum in Imperijs.

SVMARIA.

- 1 Imperiorum mutationes non sunt casu fortuite.
- 2 Scipionem nec abito dictum, spectantem incendium Carthagini.
- 3 Plato laudatur, eiusq; insignis locus explicatur, & nume 6.
- 4 Leges Rerum pub per Harmoniam à Platone quomodo de- pinguntur.
- 5 Principum erga leges obseruantia, vel contempum, causa est conseruationis vel interitus eorum.
- 7 Causa mutationis Imperiorum variè considerata, & me- me. 7. & 9.



ULTI quidem, ipsie magni nominis viri, cū viderent noua semper orta & adaucta esse regna: eadem deinde, quasi maturitatem suam assequuta, consensisse, ac tandem prorsus interisse: idque non sine magnis cladibus generis humani factum esse: magno studio, summaque contentione, causas harum mutationum in Imperijs, diligentius inquirere, inuestigare, atque persequari conati sunt.

Vt enim totius mundi machina, & omnis um in ea rerum creatio, ac conseruatio, ostendunt & comprobant, nec casu factas aut creatas res esse, nec sine numinis aeterni & omnipotentis praesidio & auxilio conseruari: ita in hac ipsa Imperiorum constitutione ac mutatione, cuius obitum est, casu aut fortuito regna nec constitui, nec firmari, nec denique transferri.

Quis enim existimet tantas clades, quae generi humano, vel in Regnorum constitutionibus, vel destructionibus illatae sunt, & contigerunt, fortuito & casu accidisse? Quis etiam non deplorabit, & conqueretur, horrendas confusiones, quae in Imperijs semper fuerunt? Vt de Romano solum Imperio dicam: quanto sanguine illud partum & acquiatum est? Quantis deinde bellis ciuilibus, Sylle, Mar- tij, Cinnæ, Caesaris, Pompeij, Bruti, Antonij,

conquassatum & perturbatum? Quantis denique irruptionibus, Gothicis, Vandalicis, Hunnicis, Arabicis, Turcicis, dissipatum ac discussum? Ita ut veram esse querelam, quae apud Ouidium extat, res ipsa declaret:

— Sic omnia veriti

Cernimus, atq; aliarū sumere pondera gentes,  
Concidere has.

Item:

— Summisq; negatum est,

Stare deo.

Aion: Scipionem, capta Carthagine spectantem incendium, ilachrymasse, ac si dixisset: Deploranda in esse fortunae inconstantiam in rebus humanis: se non modò dolere vicem Carthaginis, quae olim florens virtute, opibus & Imperio, nunc spoliata incendio pereat: sed etiā de Romanae urbis fato cogitare, quae aliquanto post simili calamitate interitura: quia nulla imperia perpetua sint.

Harum itaque mutationum, & variationum in Imperijs causam, Plato, qui sapientiae laudem praeter ceteris philosophis assequutus est, ponit: quia in generatione iungatur sesquitertia: quinarium. Hoc est, sicut sesquitertia ratio diatessaron, quae est imago optimae Reipublice aucta, secundum ternarij perfectionem, non producit retinentia suae originis, iustam aequitatem & suauitatem, sed puras puras dissonantias: ita & optima Respublica, cum peruenit ad sui auctorem, non retinet suum naturalem statum, ab initio constitutum: sed prorsus contraria producit, destruentia harmoniam ipsius; nempe leges & totam imperij formam. Per harmoniam enim praecipue Platonem depingere leges Rerum publicae facile conflat ex Aristotelis sectione 19. Problem. 28. Et ut numeris ipsis res perspicua magis & clara fiat, componatur ratio sesquitertia, quae est diatessaron, ter: & prodibit dupla, super decem partiens vigesima septimas, quae consistit inter duos cubos, nempe 64. & 27. Cadant igitur inter eos duo, medio loco, proportionalia; hoc modo: 64. 48. 36. 27. Conferantur autem primo tres numeri quicunque, medio exempto: & habebimus rationem, quae est semidiatonium cum diapente. Conferantur postea extremi numeri 64. & 27. & habebimus rationem, quae est diapason,